

1167

I C O D I C E S D

1168

## CCCCLXXIX.

U. 281 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 377. f. partim per duas columnas, partim lineis longis exaratus et minio distinctus *Petri Lombardi Sententias* continet, sed ἀκεφαλος est, et incipit a L. II. Dist. 40. c. 4. *Sed augustinus evidentissime docet in lib. contra mendacium &c. Pro Capitem L. III. elencho relicum est spatium, et ad ejus calcem legas: In die s. heinrici imperatoris 1446. Cetera integra sunt, et margines notulis confiti.*

Fol. 124. sequuntur Commentaria in *Librum III.* absque inscriptione: *Cum venit igitur plenitudo temporis. Iste est liber tercius sententiarum, in quo postquam in precedentibus libris magister determinavit de rebus diuinis &c. Ad calcem: feria 6<sup>a</sup> ante tyburcij que fuit ante dominicam 3<sup>am</sup> post pasca. (14)48. Sed adhaerent Fol. 244—55. plura ad hujus Libri illustrationem pertinentia.*

Fol. 256. incipiunt quidem Commentaria in *Librum IV.* verum monetur Lector in fronte: *Primas distinctiones tres require in fine libri presentis. Et eccillas Fol. 366. p. 2. Samaritanus enim vulnerato appropians. Hic est quartus liber sententiarum qui ad precedentes libros continuatur sic. Nam postquam &c. Autorem persequi in tanto Commentatorum agmine infra operae pretium habeo.*

## CCCCLXXX.

U. 284 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 297. f. luculente exaratus, minioque distinctus aliud est *Sententiarum Petri Lombardi Exemplar*, in quo *Distinctionum* et *Capitem* Elenchus singulis Libris praefixus est, margine tot Notis occupato, ut paene Commentarium perpetuum dicas. Fol. 1. Adversaria quaedam de Generatione in Divinis ἀκεφαλα praemittuntur; fol. vero 85. p. 2. adscriptus est locus *Joh. Boccatii de Certaldo*, qui depromptus est ex Opere ejus lat. *de Genealogia Deorum*, et incipit: *Decipiuntur gentiles, dum creature creatoris attribuunt dignitatem &c. Ultima: Demogorgon igitur secundum gentiles omnium rerum primum principium est.*

## CCCCLXXXI.

U. 285 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 194. f. currenente calamo scriptus et rubricis distinctus, minus tamen bene servatus item *Petri Lombardi Exemplar* est, notis adpersum, insertis ad fol. 52. Sententiis iis, in quibus, ut praefertur, *recedunt doctores a magistro sententiarum.* Ad calcem fol. 192. p. 2. adjecta est Tabula genealogica V. T. ab *Adam* et *Eva* perducta ad *Helchanam* ejusque *Uxores Annam* et *Fenennam*, cui praefatur Autor: *Considerans historie sacre prolixitatem nec non et difficultatem scolarium &c.*

CCCC.

1169

D O G M A T I C I.

1170

## CCCCLXXXII.

U. 288

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 192. f. per duas columnas caractere atro luculento maximam partem scriptus, et rubricis distinctus continet I. *Petri Lombardi Sententiarum Libros duos Priores*, praemisso Prologo, et Titulis Capitum non tantum I. et II. sed etiam III. *Libri*, ad quorum calcem etiam *Capita* IV. *Libri in fine presentis Voluminis* promittuntur, non tamen comparent. Textus multis Notis etiam inter lineas illustratus est.

II. fol. 177. p. 2. *Sermo Augustini de Ebrietate vitanda*. Init: *Licet propicio Deo (Christo) fratres karissimi credam vos &c. Potius Caesarii*, et ideo a *Maurianis* repositus in *Append. T. V. col. 490.*

III. fol. 179. p. 2. *Augustinus de ebrietate vitanda*. Sequitur *Append. cit. col. 493.* et ipse *Caesarii*. Incipit vero: *Frequenter caritatem vestram fratres karissimi paterna pietate ammonui &c. Uterque integer in Codice.*

IV. fol. 181. p. 2. Sequitur de *Utilitate Matrimoniorum*. Non sic inscriptus ab autore *Augustino* Liber, sed: *De Bono Conjugali*. Habetur edit. cit. T. VI. col. 319. et incipit: *Quoniam unusquisque homo humani generis pars est &c. Nihil deest.*

V. fol. 187. p. 2. Incipit *tractatus Sancti Hieronimi de essentia diuinitatis dei, et de inuisibilitate et eius immensitate quem fecisse se dicit in libro de viris illustribus.*

Noli credere *Librario*; nihil enim dicit *Hieronymus* de *Opusculo* vago et pluribus adscripto, ut jam alibi hoc *Vol.* explicui. Init illud: *Omnipotens deus pater et filius et spiritus sanctus &c.* et habetur etiam *Opp. Hier. edit. Vallar. T. XI. col. 138.* inter *Spuria.*

VI. fol. 189. p. 2. Incipit *tractatus Beati Bernardi de quatuor gradibus spiritualis exercitij sue scala Claustralium*. Initium: *Cum die quodam corporali manuum labore occupatus &c.* Jam dixi *Bernardo* subpositum hoc *Vol.* ad *Exemplar* italice versum. Extat interim edit. *Maur. Bernh. Vol. II. T. V. col. 311.*

## CCCCLXXXIII.

U. 289

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 211. f. scriptus, ut praecedens, cujus est *Pars* altera continens *Sententiarum* L. III. et IV. repetito *Capitum* L. III. Elencho, et suo etiam L. IV. praefixo Elencho. Uterque Liber notis stipatus est, et ad calcem quidem *Tertii* habetur: *Hec feria 2<sup>a</sup> rogationum Anno &c. 32.* ad calcem vero *Quarti*: *Hec in die sancte Elisabeth Anno &c. 32. et sequenti die lecta.* Utique pro Scholis.

## CCCCLXXXIV.

R. 1135

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 85. 4. per duas columnas eleganter exaratus, rubricis enotatus, et prius *Collegii Vienn. S. J.* continet *Librum IV. Sententiarum Petri Lombardi,*

D 2

prius